



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quomodò clarè & rectè intelligitur, quòd fides iustificet absque operibus legis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Dei propter Christum promissa exhibetur per fidem: qua accepta, sequi debet obedientia Legis. Et sic placet Deo, quia per fidem persona iustificata est, habetque sua præmia in hac & post hanc vitam, 1. Corinth. 3. Non ergo Lex, id est, bona opera destruuntur, sed statuuntur, quia docetur quòd debet esse fructus iustificationis, qui ostendunt & declarant adesse iustificationem in homine. Et quia Deus propter suam promissionem gratuitam vult credentes in Christum iustificare, sequitur quod nec opera præcedentia fidem aut sequentia, iustificanc effectiuè, sed benè declarant & ostendunt. Soli ergo Deo gloria propter suam immensam misericordiam.

CAPVT VII.

ARGVMENTA.

1. *Quomodo clarè & rectè intelligitur, quòd fides iustificet absq; operibus legis.*
2. *Quid per opera legis intelligi velit Apostolus.*
3. *Quòd non reijciuntur bona opera, sed exiguntur, ac sola falsa opinio de illis reijcitur.*



Postolus vbiq; quærens ac laudans gloriam gratiæ Dei, Ephes. 1. apertè inquit Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari fide absq; operibus legis, hoc volens, cum origo & causa nostræ iustificationis & salutis dependeat & consistat à promissione Dei, quòd Deus propter suam bonitatem & misericordiam promisit se nobis velle misereri propter Christum in quem credimus. Et illum constituit solum propitiatorum nostrum, propter cuius sanguinem nostrum vult misereri, Rom. 3. Non proposuit Deus aliud propitiatorium, propter quod promitteret se velle nostrum misere-

1.

misereri, nullum opus, iustitiam, meritum hominis, sed solum vnicum Christum filium suum. Ideò quia fides assentit, credit huic promissioni, & vult sibi exhiberi gratiam promissam propter Christum, & in nihil aliud respicit, nisi in solam gratiam promissam in Christo, & illam cupit: ob id dicitur, quòd fides iustificat, id est, apprehendit promissam gratiam in Christo: hoc enim nullius opus facit. Nam fides oportet præcedat omne opus: quid enim est opus absque fide? Fides ergo in homine primus actus & opus hominis est, qua promissioni diuinæ creditur, & qua apprehenditur. Summa igitur salutis in hoc dependet, credere & assentire promissis Dei, & non specialia nobis constituere propitiatoria sine voluntate & commissione diuina: Ergò fides credens diuinæ promissioni, iustificat, apprehendit gratiam promissam propter Christum, cum ob id fides dicitur iustificare, propter apprehensionem, non effectiuitatem.

2. Per opera legis Apostolus vult intelligi etiam opera ex fide facta, post acceptam iustificationem, vt probet nulla opera omnino, quantumuis bona, iustificare. Nam Galatæ crediderant in Christum, fide iam iustificati erant, & virtutes atq; miracula etiam operabantur, Galat. 3. Et fides quæ operabatur virtutes in vobis, &c. Non ergò opera eorum erant ex viribus carnis antè fidem sine Spiritu Sancto, sed erant opera verè bona in lege præcepta ex fide, operante in eis Spiritu Sancto, facta: Et tamen quia paulò post seducti à Pseudapostolis, incipiebant eisdem iustis operibus tribuere vim iustificandi effectiuam: ideo Paulus vocat eorum opera, opera legis antè fidem aut post fidem à iustificatis facta: iustificant autem, quia iam fides absq; operibus apprehendit gratis misericordiam. Deindè Abrahæ opera fuere præstantissima, obtulit filium suum, Gen. 22. Obediebat Deo, reliquit cognationem & patriam, Gen. 15. Et sic erant opera

perã
quan
ferri
tum
stific
neq;
credi
vult
nunc
3. nos
bus
mere
grati
iapie
iustit
appre
mur,
ribus
perã
quæ
dicit,
intell
ficat
tur iu
sumn
tionem
Du
bona
nò ex
mus
tiam,
alio, h
ne, hic
ficio M
tiam p
tendit